Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31499
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">

petunt sibi dari audienciam ad eos defendendum. A. Et quare
eis audiencia non concedit. R. Audi rem gestam Anno domini
M° CCC° xxxiiij° Sigismundus Nepos duas Witoldi cuius superius est
mencio facta iterum venit in Bohemiam et vocatus atque electus Rege
Boheme atque Marchione Moravie se scribens et notans Sigis-
mundus Romanorum Augustus et Vngarie atque Boheme Rex et Alberto duci
Austrie literas de federacione misit. In quibus ponit causam sue defeciencis
sic quod lingua Bohemica et Moravica in quatuor articulis praeerit sibi
dari audienciam quam nullo potuit obtinere, et ob hoc ipse velut eam ma-
nu tenere. A. Iniuria michi fuit eis tunc denegata audiencia. R.
Non, imo fuit eis data. Nam Branda apostolice sedis legatus Alemanie
Sigismundo Romanorum Augusto In Brunna civitate Moravie ad audiendum
eos tertium diem licet petiverunt prefixit. Et dum Moravi vniuersitatis
viennen. adhunc se plene preparassent. ipsi Bohemi cum suis fautoribus
diucius expectant nec venerunt. A. Similiter fecerunt hic. Sicut est superius
narratum cum Witoldo duce Lituanie iureiurando promiserunt quod ad
vnionem velis facie vellent redire quod in omnino non fecerunt. Dic tamen
quelo qui sunt hi quatuor articuli. R. Tu frequenter petis noticiam
articulorum. et ego tibi iteratis vicibus dixi quod expedit de hiis magis
tacere quam loqui. A. Nonne vides quam iam de populo hucusque
Qui si scirent eorum errores ipsos vtique euitarent. R. Expedit
laycos simpliciter credere, Clerum vero expresse veritatem vt deliberio